

Victorini Rethoris Clarissimi qui solus Romæ statuā
meruit Commentum Super Rethoricis Ciceronis In:
cipit feliciter



OMNIS QVICVN QVE i-
cipit cuiuscunq; generis orationē. hec
tria in principis adhibere debet ut au-
ditores faciat. attentos beniuolos. doc-
iles. Ergo hic cicero facit doctes audito-
res cum qd sit eloquentia ostendit.
Attentos. cum dicit se de eloquentia
dicturum rem scilicet magnā. Beniuo-
los siqdem ostendit futurū ei comodū.
q; huius artib; fuerit edoctus. Eloquentia igr̄ qualis sit p̄ seipsam nō
ostendit. sed est capax qualitatis quam in se non h̄t. s; accipit ab
agente. Nam ut cuiuscunq; ingenū fuerit eum qui ea utit̄ p̄in-
qualis sit uel quid faciat. demonstrat. Ergo qm̄ quis sapiens medi-
ocriter pot̄ uidere eloquentiā. si in homine stulto sit. malam esse.
si in sapiente. bonam esse. Propterea cicero non utrum bonū an
malum sit. eloquentia q̄rit. sed utrū plus boni an plus mali ha-
beat. ostendit. Tractat autē in principis quatuor thesīs unā talē
studendū ēē sapientiā cū eloquentia. Aliam parū p̄desse solā sapi-
entiā tñ p̄desse. Tercia. multū. nocere. eloquentiā si sine sapientiā
sit. & q̄a pot̄ dici. ergo studendū. eloquentiē non est. nā ubiq;
sapientiā laudat. respondetur. studendū esse eloquentiē. q̄a p̄ eloqn-
tiam. uim suā exerit. hec necessario. Quarta thesīs est. studendū
ēē eloquentiē. s; tñ que sit mixta sapientiā. Animadūtere tñ de-
bem̄ in principis. deliberationis p̄positionē. partes p̄ponis. executio-
nē partū. postremū ū sententiā. q̄ diligent̄ attendenti facile cog-
natum est. s; anq̄ ad id unde coepit Cicero ueniam? dicendū pri-
mo uidetur. qd sit ars. deinde qd. intersit int̄ artē & uitutē. Ars
est q̄ significantiā sui plenā non h̄t. sed intelligit̄ ad aliqd p̄tinere.
Non enī. uelut codices nominatio. scimus statim quid sit codex.
ita mox scire possum? qd sit ars. nisi additū fuerit cuius artis
ars. potentie. gramaticę. eloquentię. Virtus est animi habitus

Eloquēna

Quatuor thesīs

.1.
.2.
.3.
.4.

nō

ars. q̄.

virtus. q̄.

